



Quoniam hūanū gen⁹ post lapsuz p̄moꝝ pentum de pa
 diso voluptatis eiectū et ī vallē miserie d̄pulsuz ī
 numeris pateret̄ miserijs et gaudiolis omino tri
 stia p̄ualeret̄. **D**ia erga ip̄os homies sic multipha
 rie multisq; mōis trīluc̄a p̄grauatos gestās visce
 ra misericulq; ip̄oꝝ p̄ misericordiaz et de⁹ toti⁹
 d̄solatōis d̄ celis ī hūc mūdū ad quosq; tristes ho
 mies d̄solatōnum oblcātoib⁹ refouēdos misericorditer destinauit
 d̄nam q̄ndā illustrissimā suaz sediu assitricē. nedū ppagine gene
 rosaz. s; ip̄o etiā diuino d̄tubernio gloriofaz aspectu reuerēd̄ s̄mā
 d̄paciētū more q̄ flere nozūt cū flētib⁹ niḡ foꝝinsec⁹ licet aureis
 fimbrijs ex pte iterioꝝ suffocature disticta veste idutā. oim tri
 stitū d̄solatricē egregiā. **T**heologiā noie q̄ sane ad suū d̄solatōis
 officiū exequēdū fideli⁹ meli⁹q; pagēd̄ plimas puellas venulissi
 mas ac d̄licatissimas militū brachijs sustētatas artē hūtes suis so
 lacijs oēm fugādi tristitiā. p̄tinusq; tristes quoslib; cōsolādi suo
 hūis ī comitatu. **I**n medio ecclesie apuit os ei⁹ foꝝis. nihilominus
 ad quecūlibet tristiū d̄uocatōz clamitās ī plateis. **V**eite ad me oēs
 q̄ laboratis et onerati estis et ego reficiā vos. **C**ui⁹ hac voce tā im
 piofa tāq; grōsa lōge lateq; ī omni valle lacrimaz p̄sonāte q̄i de
 gni somno excitata de vniuersis locis dueit vtriusq; sexus tristium
 hoim multitudo. q̄ qdē tristes cū adhuc eoꝝ parūp ab ea distātuz
 oculi mersi lacrimis caligarēt nec possent dinoscere q̄ nā esset d̄na
 illa tāte autoritatis tāteq; benignitatis obstupuere. visuz ī terzā
 desidētes qd̄ nā vltē⁹ p̄nūciatura foꝝet taciti expectare ceperūt
 illa vō totis ad eos directis luib⁹ diectoz qd̄ hērent in cogitatu
 tacitis eoꝝ questiōib⁹ r̄ndēdo. legatōz suā exposuit hūc ī modum
Spūs iqt̄ d̄ni sup̄ me ad ānūciādū māfuetis misit me vt mederer cō
 tritos corde. et p̄dicarē captiuis idulgētā. et clausis aptōnē. ānū
 placabilē d̄no vt d̄solarer oīs lugētes et darē eis coronā p̄ cinē
 oleū gaudij p̄ luctu palliū laudis p̄ spū merozis. **H**is auditis to
 ta illa q̄ d̄fluxerat tristiū multitudo aiatioꝝ fctā p̄pi⁹ arcessit. hūc
 sue d̄solatrici reuerētiāz faciēdo ac ip̄a reuerēter recepta q̄i vno
 ore sic dicēdo. **B**ndict⁹ sermo ozis tui o d̄na reuerēdissima et b̄ndi
 ct⁹ de⁹ toti⁹ d̄solatōis cui⁹ istictu ad nos d̄solādos de regalibus
 sedib⁹ aduenisti. tristes em̄ erāt aie n̄re vsq; ad mortē. **S**z ecce iaz
 v̄re b̄ndicte p̄ph̄sio noie sol⁹ ituit⁹ sp̄e nobis oib⁹ necessarie cōso
 latōis reprōmittit. **E**t illa circūspectās ī singuloꝝ vult⁹ adhuc
 luctu ḡues quosq; meroz ī humū deiecit crebri⁹ miserāter deduxit
 oculos. serenataq; deinde p̄ump. facie hylaritatē silans ip̄os af
 fabiliter alloq̄t̄ ī hūc modū. **T**as iquit theologie nō erat ī comi
 tatū reliquere iter cui. s; d̄traria paciētis. meā sc; crimiatōz vere
 rer et q̄i nouū aliqd̄ acciderit sic p̄hoꝝrescerē si vos o filicli desere
 rē et sarcinā q̄ vos ḡuat dicato vobiscū labore nō p̄turer. **S**pūs iqt̄

resumpto forti aīo estote n̄ mō solatōz spantes. s; p me poti⁹ in
fletu solatiū habituri. Noueritis sane si fueritis iclitorū exemplo
machabeorū solatō hñtes sanctos libros ī qb⁹ tāq̄ ī speculo rep:
sentoz queq; a vobis tedia p̄ocul dimouebo. Nempe et huius rei
grā has puellas iocūdissimas mecū habeo q̄s si vobiscū dulciter d̄
fabulātes attēderitis sp̄m v̄r̄m d̄tritū et humiliatū multiplicis cō:
solatōe solacij poterūt recreare. Quib⁹ dictis tacere disposuit. vo:
lēz audire p̄ ordmē grauamina singulorū.

**CAPITVLVM PRIMVM CONTINENS CONSOLATIO
NES SVPER CARENTIA MVDANE FELICITATIS ET
SVPER INEELICITATE ET MISERIA.**

Drimo itaq; p̄cipaliter q̄tuor tristib⁹ p̄dicte dñe appo:
p̄inquātib⁹ et astātib⁹ corā. primo oīm vn⁹ ex eis mun:
dane felicitatis exp̄s ac ifelicitate et miseria p̄grauat⁹
aū ceteros ip̄az dñaz solatricē q̄rulādo alloq̄t̄ ita dicēs
P̄heu me infelicē cis hui⁹ mūdi felicitatis exp̄tē in hāc hozā vsq;
opacietē nō inueni minusq; repi solatē. S; nūc o dñā mea felicif
sima parūp̄ iā ex v̄bis v̄ris refocillat⁹ p̄ ampliori solatōe meis ī
miserijs ad sinū v̄re pietatis d̄fugiēs me vobis tota deuotōe d̄mit:
to. Et illa pia mota d̄passiōe ex h̄ijs q̄ ip̄az d̄mitabāt puellis mox
triginta arciuit p̄cipiēs eis p̄cedere ī mediū. dictiq; tristis dolore
nō mō delinire p̄tin⁹. s; poti⁹ radicē extirpare.

I. CONSIDERATIO.

Drima igit̄ puella mādati hui⁹ executrix defixo paululū visu
ret velut ī angustā mētis sue recepta sedē cepit qd̄ p̄doneū di:
cet p̄fūdī⁹ meditari. Et ecce mox ei p̄sto fit ac q̄i ip̄i⁹ anpoita iter
nis oculis. xpi ymago reuerēda ī qua disceret qd̄ p̄ferret. Et vbi
ip̄am diligēt⁹ d̄tēplata est atq; ī ea de dicēdis egregie foret īstru
cta. nichilomin⁹ anq̄ q̄c̄p̄ loqueret̄ etiā militē sui ductorē d̄sulu:
it. Qui digna militi d̄sideratōe hac p̄habita. q̄ scz nonnūq; vnitus
miles exp̄t⁹ p̄iter et aiosus toti vni exercitui p̄sertim miori contra
maiorē eo solatōni est. quo ip̄m minorē nō tā in agēdis d̄tra peri
cula sapiēt̄er dirigit̄ p̄ et in piculis suo exēplo aiat et fortē reddit
suasit vt hō ille tristitia p̄grauat⁹ ad nobilissimi illi⁹ exēplaris cri
sti scz sapiēt̄is p̄iter et aiosi gesta considerāda dirigeret. **¶** Quella
itaq; an̄dicta hoc d̄siliū p̄secuta sic ad tristē illū ē locuta. Dic m:
q̄t mibi q̄so. cur mūdane felicitatis ex carētia p̄turbaris. Aut cur d̄
infelicitate hui⁹ vite q̄rularis. Forte r̄ndebis illa ī bonis d̄sistit q̄
appeto. hec ī malis q̄ formido. S; h̄ rō breuiter d̄futabit̄ irrefra:
gabili auctoritate et exēplo. Cui⁹ īquies. p̄fecto ei⁹ quē d̄stat esse
auctorē vite quē si p̄p̄sī⁹ attēderis scies p̄culdubio nil esse curā
dum d̄ h̄ndo ea vl̄ n̄ h̄ndo in qb⁹ d̄sistit siue felicitas siue hui⁹ ife
licitas breuis vite. Nuz̄ em̄ ille salutis auctor sua te auctoritate nō
poterit p̄mouere. Nū ip̄e vt miles ip̄tererit̄ te suo exēplo neq̄bit

animare aut quid nullatenus insectari aut quid minus refugere debeas ut expertissim⁹ edocere. Nimirum ipse est magni consilij angelus qui vn⁹ omnium est magister. cristus videlicet dei virtus. et dei sapientia cuius reuera auctoritati reuerende omnis humana rō digne cedit. Is vero exemplo suo suadet p̄mmo efficaciter psuadet neminem cristianū utpote cristi sectatozem vllatenus debere aut i bonis mundi felicitatem querere aut in malis timere infelicitatē. Audi de hoc quid referat magnus ille pater augustin⁹. Omnia inquit terrena bona contēpsit homo crist⁹ ut contēpnenda mōstraret et omnia terrena mala sustinuit que sustinēda p̄cipiebat ut nec in illis quereretur felicitas. nec in istis timeretur infelicitas. O p̄clarum exemplum dignanter exhibitū et imitacōne dignissimum huius exempli fideli dmonitus testimonio nulla tibi querela sit ammodo sed gaude poti⁹ in sequela magni consilij et exēpli quo p̄sus contēpnere minima nihilq; timere contra edoceris. Ceterū p̄misse de consolacōne habenda in miseris consideracōni ego que locuta sum considerandū adhuc aliquid adicio quod pluris est q̄ simplex consolacō solacium videlicet speciale. Nimirum solaciū est miseris habere socios penarum p̄sertim multos pariter et excellentes. Sed quid. Nunquid tu qui de predictis querularis socios hēs. Certe sic. certe et non paucos certe plurimos sanctorū excellentissimos qui hijs in vita caruere e quibus mundana componitur felicitas. contrariāq; passi fuere quibus miserie rō et infelicitatis titul⁹ imponi solet. Sed et p̄ hui⁹ miserorum solacō deberet sufficere solum cristum socium habuisse. Ipse nāq; crist⁹ dum viator esset i miseriarū sustinentia plurimarum volūtariē assumptarū estimatōnem p̄orsus excessit. qui tamen tante dignitatis erat. et excellentie q̄ societas ei⁹ solū i hac parte pl⁹ dferre poterit miseris ad solaciū q̄ habere aliorū centūmilia sociorū. **II. CONSIDERATIO**

Secunda puella cū tristem illum esse hominem meminisset humanitatem in eo fragilem miserata humana temptat dolores hominis racōne delinire cum quadaz nichilominus acrimonia h̄monem exorsa hoc modo. Quomodo inquit quempiā poterit. nisi stultū et insipientem contristare carentia eius vel amissio qd̄ in nō bonis consistit cum etiā ipsum p̄ cōsequens non sit bonum. Minime quidem id fateare necesse est. Dozro queq; talia in quibus mundana consistit felicitas non sunt bona. Queso attendas q̄ luculenter h̄ necator ille vicioz seneca differuerit. Mut inqt ista bona nō sunt que vocant^r. aut homo felicioz deo est que em̄ nobis bona vident^r non habet in vsu deus. nec em̄ libido ad illū nec epularum lauitia nec opes. Incredible aut̄ est bona deo deesse. hoc ipsum argumentū est bona non esse que deo desunt. adde q̄ multa q̄ bona vidēt^r aialib⁹ q̄ homini pleniora d̄igūt illa cibo auidi⁹ vnt^r venere non eq̄ fatigant^r. viriū illis maior est firmitas se. ut multo

7
feliciora sunt homine. nā sine nequicia sine fraudib⁹ degūt. fruūt
voluptatib⁹ sine ullo pudoris aut penitēcie metu fallimur. Bona
illa sunt vera que rō dat solida. aut sempiterna q̄ cadere n̄ possunt
nec decreſcere. Cetera opione bona sunt. hoc quidē hnt̄ omne cū
veris. pprietas veri boni in illis nō est. h̄ ille. Qui rursus alibi sic
diffinit. Nō nascit⁹ inquit ex bono malū nō magis q̄ fic⁹ ex olea.
Ad semen nata respōdet. bona degenerare nō possunt. hec seneca.
Doro quis dubitat qn̄ habitis bonis exteriorib⁹ e q̄bus cōponit⁹
mundana felicitas multa ex eis innascāt⁹ mala. puta cura et solli-
citusdo puta timor. puta veraxio spirit⁹ puta anxietas atqz alia pli-
ma malicie plena de q̄bus infra poteris pleni⁹ edoceri. Liqueat ig⁹
clare mundanā felicitatē in non bonis cōsistentē bonā nō esse atqz
nemine p̄ cōsequens sapiētem cui ipam contingat abesse posse ob
hoc racōnabiliter cōtristari.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella quasi virago q̄dā ex magnanimitate i hui⁹ cōtra
tristē acrimonie vba prupit. O homo prochpudoz q̄ demun-
dane felicitatis carētia pturbaris pui es cordis magni quidē si es
ses nō te pua mouerēt non te minimarū rerū carētia aut iparum a-
missio cōtristaret. Est ne inquires mundana felicitas res pua puiqz
pzeij aut minatis quibusdā i reb⁹ cōstituta. Quomō g⁹ tā magnos
ipa cōstituit. nobiles comites duces reges impatores et vlr mag-
tes a magnitudine nomē habentes. Est omnino falso magnatū no-
minime nō obstāte. nempe et miliū magnū dicit⁹ cū sit puum. Vide
bis aut hui⁹ medij berillo oculos decipiēte et pua ingrossante tā-
dem deposito igneqz mūdi purgatorio resolutō p̄nominatoz par-
uitatē. Stabo igit⁹ in p̄posito dicāqz iterū q̄ pui p̄cij mūdana sit fe-
licitas. Audi illā estimatricē optimā boetianā cōsolatricē. An tu in-
quit p̄ciosaz existimas abiturā felicitatē. pui igit⁹ p̄cij est atqz pon-
deris nec aliquo mō licet a mundo denominet⁹. inter ingentia cō-
putāda. Audi mundi desertoze magnū illū. Antoniū qui dum qua-
dam die a fratrib⁹ vt eos instrueret rogaret⁹ sic ait. Nemo cum de-
spererit mūdum reliquisse se arbitret⁹ ingentia. nichil eoz cure sit
monachis que secū afferre nō possunt. O viri hui⁹ purissimi cordis
iudiciū. Viri q̄dē celestis et quasi de altissimo celo p̄spiciētis et p̄-
uitatē mundi hui⁹ cōsiderātis. O toti⁹ religionis consiliū. O p̄fe-
cte magnanimitatis p̄claz exemplū tota tibi deuocōne imitandū itē
dēqz resumendū. Nemo inquit cū despererit mūdū reliquisse se ar-
bitret⁹ ingentia nihil eoz cure sit monachis que secū afferre nō
possunt. Dices forte fateor mihi sic esse iudicāduz et ipi⁹ exemplū
deuoti⁹ imitādum. si vt ip̄e heremita essem si monach⁹ si vlr religi-
osus. Nō sic loq̄ris frater nō sic. an nō itllis q̄ om̄s xpianos tanq̄
religiosos vna in se cōprehendit religio cristiana. d̄ cui⁹ dignitate
eā que in tempalib⁹ cōsistit felicitatē digne a se abdicāte egregie
dicit⁹ in quadam glo. Non est cristiane dignitatis in tempalibus

7

exaltari sed deprimi hoc illa glosa. Boni igitur christiani tristantur utique minus digne si ea felicitate careant. que tam minutis in rebus consistit. quod ipsorum nequaquam congruit dignitati utpote quorum dignitas ad modum angelice dignitatis illa excedit in immensum.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella comitans hominum ignorare quid nominis ipsius mundane felicitatis. sic ait. O homo quid est mundana felicitas quam affeas. videris plane quod per nomen dicitur ignorare. qui vero ut ait mundi sapiens utrumque vocabulorum sunt ignari paralogizantur. Tu igitur per mundanam felicitatem paralogizaris accomodato sibi nomine felicitatis pulchritudine eius deceptus. eiusque vinctuosa suavitate allectus. oleum enim effusum nomen eius quod in compositionem venit unguenti quo perungi desideras mundane felicitatis at vero unguentum hoc si cognovisses et tu non sic ipso perungi curares. Nimirum alijs quibusdam etiam componitur ex rebus que ipso amaro suo deterrent vocabulo. Vis scire quibus. profecto non alijs quam mortalibus amare mortis naturam sapientibus. de mundo siquidem a quo mundana denominatur felicitas dictum novimus. mundus transit et concupiscentia eius. Si igitur immundana felicitate prout dicitur felicitas delecteris caue sumopere deceptionem nam diminuens eius conditionem qua mundana dicitur importat quod abhorreas transitum. scilicet rerum mortalium post brevem periodum. mutatis itaque vocabulis dilucide. patet quanto errore deciperis mundane felicitatis carentia perturbatus. hoc etenim non est aliud quam turbari rerum carentia mortalium. quod clara patet ratione plurimum irrationabile fore seu obuium rationi. Primum namque super insipientia hominis id testatur. quemadmodum illustris boetius contrarium sapientie effectum insinuat dum philosophiam que amor est sapientie sic affatur. tu insita nobis omnem rerum mortalium cupidinem de nostri animi a sede pellebas. Rursum quis sapiens habens oculos caligantes non gauderet potius quam doleret amota caligine. quid ni gauderet. delectabile enim est oculis videre soles cuius lucis claritas est egris oculis odiosa. Quid ergo. nunquid per rebus mortalium privationem ab eternis oculis amovetur caligo proxima cecitati. certe sic. nimirum interioris hominis lumina caligare faciunt ipse res mortales alioquin consolatrix illa boetii non dixisset. lumina eius mortalium rerum nube caligantia tergum paulisper.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella tristis ilius ex hijs que patent secretas cogitationes deprehendit atque dixit. advertente. O homo qui mundana cares felicitate quod te nudum autumas ipsarum rerum mundanarum substantia denudatum. sed verius quidem sapientialis habitus ex carentia nudus esse probaris qui tam insipienter nuditatem tuam queris operire pulchram nempe atque varijs distinctam coloribus

attendis nubeculam qua vestiri desideras tanto imprudentius q̄n
to vanius. **H**ac em̄ ad momentum coopert⁹ dum mox evanesceret
nature sue iura persolueris. quid aliud restaret nisi p̄memorata du
plex nuditas que in te manifestius apareret. **Q**ue nam forte inqui
es est hec nubecula. **S**cito eam fore h̄ac quā appetis mundanā fe
licitatem utpote ex reb⁹ mortalib⁹ cōpositam quas boetiana illa
cōsolatrix nubē vti p̄xime cōmemoratū est appellavit. cui⁹ nubis
varijs atqz vanis tanq̄ minime durabilib⁹ colorib⁹ allect⁹ ac de
cept⁹ queris velut idumēto tue d̄sulere nuditati. **O** q̄ vane. **Q**uid
em̄ vanius aut inanius q̄ velle sup̄indui vanitate. **D**efecto vana
p̄sus est vestis illa nubea. admodum levis citoqz dispenis. nu
becule sub sole generate. nam ita inducit atz breui expositōne ad
intellectum perducit dictum ecclesiastis liber ille decretoꝝ. **C**un
cta inquit que sub sole sunt id est que t̄pm vicissitudinez recipiunt
non t̄modo vanitas que omni creature racōe mutabilitatis inest
sed etiam vanitas vanitatū varietate p̄mutatōis quā recipiunt di
cuntur esse.

VI. CONSIDERATIO.

Sexta puella tristem illum famelicū atqz ut latet⁹ frustra labo
rantem coniciēs ip̄m alloquit⁹ in hunc modum. **O** hō ut quid
ita mundane felicitatis ex carētia cruciaris. **D**ic queso q̄ in ea vti
litem queris. forsitan dices. famelicus ego sum. ea quero satiare
Sed quid ita. **N**escis q̄ res huiuscemodi que mundanā felicitatez
d̄stituunt satiare nequeunt. relinquunt famelicos atqz generaliter
parum aut nihil p̄sunt plurimūqz obsunt. **V**is scire p̄mo q̄ non
p̄sunt. audi sapientem qui de reb⁹ e q̄bus mūdana componit⁹ feli
citas gloriantes sic tandē dicturos affirmat. quid nobis p̄fuit su
perbia aut diuitiarū iactantia. quid nobis cōtulit. quasi dicant ni
hil. **S**ed et pater clarevallis de eisdez sic dicit. quid p̄ofuit illis
superbia. quid diuitiarum iactantia. **B**reuis leticia. mundi poten
tia. **V**ana voluptas. magna familia. mala concupiscentia post vo
luptatem. vbi ioc⁹. vbi risus. vbi iactantia. vbi arrogancia. **H**eu
de tanta leticia quanta tristitia. hec pater ille. **S**i dicatur. sunt qui
dem hec in memoria parum hoc valet. **A**udi prosperum. **D**iuitijs
inquit maiorum nobilitate te iactans de patria. de pulchritudine
corporeis et honoribus qui tibi ab hominibus deferuntur te exal
tas. respice teipsum quia terra es et in terrā ibis. circumspecte eos
qui ante te similibus fulsere splendoribus. **V**bi sunt quos ambie
bant ciuium potentatus. **V**bi insuperabiles oratores. **V**bi qui cō
uenientius festa disponebant. **V**bi equorum splendidi nitores.
Vbi exercituum duces. **V**bi satrape et tyranni. nonne omnia pul
uis. nonne omnia fauilla. nonne in paucis versibus vite eorum
memoria est. respice sepulchrum et vide quis seruus. **Q**uis domi
n⁹. quis diues. discerne si potes fortē a debili pulchrū a deforme

Audi rursus quid veritas dicat. quid inquit prodest homini si uni
 uersum mundum lucretur anime vero sue detrimentum paciatur.
Duo sane hic copulat. lucrum mundi et anime detrimentum. innu-
 ens plane quoniam primum sine secundo nemo est qui consequat^r
Audi deniqz qd hoc in loco insignis ille dixerit p̄s biter ieronim⁹
 omnes quasi mundane felicitatis p̄tulas egregie cōprehendēs
Si inquit habeas sapiētiam salomonis. si fortitudinem sampsonis
 si longeuitatē enoch. si diuitias cresi. potestatem octauiani. quid
 p̄sunt hec cum tandem caro datur vermib⁹ et anima demouibus
 cū diuite sine fine crucianda. **V**is rursus scire q̄ mundanā felicitā
 tem dponētia que utiqz exteriora sunt faciare nequeunt eisqz facia-
 ri. querentib⁹ nō mō p̄sunt minime sed et obsunt. **V**is inq̄ hoc sci-
 re. Interroga patrem et dicet tibi. **Q**uē inquires patrem. **E**cce mag⁹
 pater augustin⁹ d̄fessionū libro idipm confitet^r. **V**olentes inquit
 gaudere forinsec⁹ facile euanesūt et effundunt^r in ea que vident^r
 et non sunt. et ymagines eoz famelica cōgitatōne lābunt. hec pa-
 ter ille cui⁹ hoc verbo egregio nō tā videri potest p̄positum q̄ pal-
 pari. **Q**uis em̄ tam insipiens tanqz delir⁹ qui lābendo ymagines i
 speculo aut que aparent in somnio crederet famelic⁹ faciare. dicē-
 te p̄saia somniat esuriens et comedit. cū autem exp̄gefactus fuer^t
 lassus adhuc esurit et anima ei⁹ vacua est. **Q**uid igit^r p̄dest fameli-
 cis si dictas lambant ymagines in eiusmodi rebus forinsecis gau-
 dere cupientes. ymmo pater q̄ et obest. ipi nāqz ut pater dicit. ef-
 fundunt^r in ea que vident^r et non sunt. et ymagines eoz fameli-
 ca cogitatōne lambunt. quo p̄fecto fieri p̄t p̄ facile q̄ quemadmo-
 dum canis s̄m fabulā aparentem in aqua ymaginem casei p̄ende-
 re volēs et p̄andere duz os aperuit verum caseū quē ore gestau-
 rat mox confusus amisit. **I**ta etiā hij veram felicitatē siue s̄m spez
 viuā. siue s̄m radicem caritatis que p̄ncipiū est merendi iam in-
 tra se positam. et secundum seminalem racōnē gratie inchoatā ac-
 tādē s̄m consumatōnem future glorie in intima mentis sede con-
 sicutam. d̄fusibiliter amittūt qui felicitatem ex̄ petunt dum mun-
 danam in quibusdā forinsecis d̄sistentem felicitatem ore cordis i-
 lypantes in ea que vident^r et non sunt effundūtur et lambere eoz
 ymagines seu p̄endere satagunt. cōtra quos illa p̄funda p̄edita
 racōne boetiana consolatrix exclamat dicens. qd̄ vos o moales ex̄
 petitis intra vos positaz felicitatē. erroz vos in scitiaqz cōfundit.
 quid ni confundantur. cum super eozum que non sunt ymagines
 effundantur. **I**ta sane ut non modo id quod habent amittant.
 verum etiam ipsi ut dicit pater facile euanescant. **C**ur non ita.
 exquo enim effunduntur in vana quedam et vacua. quid miri si id
 circo cuz ipsis vanis euanescent et velut somniantū ymagines q̄
 cito pertranseunt. **E**t hinc nāqz de ip̄o qui ob laudem diuitias et po-
 tenciāz. felix censerī solet in hoc seculo in libro job aperte dicitur

1
velut somniū auolans nō inuenietur. trāsbibit velut visio nocturna
Cui sententię plane concordat psalmigraph⁹. ecce inquit ipi pec-
catores et abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. et sequitur
velut somnium surgentium domine in ciuitate tua ymaginem ipor-
rum ad nihiluz rediges. Quoniam igit⁹ secundum hec mundanam
felicitatem componentia non modo transeuntiu instar ymaginem
ad faciendum famelicū minus p̄sunt. Verum etiā intantum obsunt
q̄ non sine vere felicitatis piculo sibi innitentem velut ymaginez
euanesce faciant. liquet manifeste q̄ is vane conturbatur homo
cui solum tam vana desunt. **E**d em̄ est fortassis qd̄ tangere psalmi-
graph⁹ intendebat cū dicebat. Veruntū i ymagine pertransit hō
sed et frustra conturbatur. **VII. CONSIDERATIO.**

Sextima puella acuta iudicō iam hominem tristem ad caducū
morbum dispositum mox ipius in facie deprehendit. q̄mōbrē
sic locuta est. Nescis o homo q̄ mūdane per carentiam felicitatis
magñū atqz desiderandū periculi remediū assequeris. tu etenim
inde contra abhominabile illum morbuqz quē anthronomasi ce ma-
lum morbū appellant tutior eris. animaduerte q̄libet in reb⁹ mū-
dana consistat felicitas q̄ si nescias tulliu⁹ consule. **H**ic vero vtutē
excipiens omnia inquit alia caduca sunt. **E**dem etiam abundantes
felicitatis dicit esse egentē virtutis. **E**gitur certum habeas q̄ h̄ fe-
licitas virtutis ex p̄s reb⁹ consistit nō in alijs q̄ caducis. quib⁹ p̄
fecto si inhereas cū caducis caduc⁹ eris. necesse est quippe cadu-
ce rei tam contagiosi inest morbi condicō q̄ qui labenti inicitur
restat vt cum labente labat⁹. quemadmodū et in simili dñs ait per
prophetā ambulauerunt post vanitatē et vani facti sunt. **N**e igit⁹
ore cordis abhominabile spumante desiderium rerum e quibus in
felix illa componit⁹ felicitas superfluitate iam pene spiritu suffo-
cato cum caducis caduc⁹ fact⁹. aut in aquā p̄clabaris p̄fundarū
atqz volubiliū cogitatōnum continue sollicitudinis ad modū aq̄
voragine totum hominem absorbentis. aut in ignez forte cadas
estuantis auaricie ne dicam verisimiliter et gehenne non tam pa-
tienter q̄ libenter atqz p̄sus gratulanter carere velis tam morbi-
da atqz imūda mūdane felicitate. **V**erū si q̄s ipsi sibi plād iēs for-
sitan dixerit. **M**orb⁹ ille omiatus non est nisi metaphoricus nō re-
alis. **I**s p̄fecto errare cōuincitur. si casus casui. cadens cadētū. aq̄
aque. ignis igni et cetera ceteris sibi p̄porcionalibus comparent⁹.
Nonne enim hic casus turpior atqz molestior quo cadit homo inte-
rior q̄ ille quo exterior. minime etiā mi⁹ est periculosus casus in a-
quā qua corpus mergitur et raro tñ sub mersione periclitatur q̄ q̄
quis cadit illam in voragine qua spiritus absorbetur et perraro
aut difficulter a periculo liberatur. **N**onne deniqz et intolerabi-
lior est casus in ignem qui vrit animas aut tandem corpus et ani-
mam atqz eternaliter vrit q̄ in ignē q̄ vrere nouit tñmō breui tpe

solum corp⁹ quiqz velut pictus respectu ignis alteri⁹ reputatur. Restat igitur ut h attendes nichil min⁹ q̄ morbū illū caducū patiētibus mūdane timeat felicitati sociari . que cōsistere dinoscitur in caducis q̄ nimirū nō mō ut otiosa sunt timenda . verū etiā penit⁹ tanq̄ vilia atqz abhomiabilia sunt spernēda dicēte patre soli loqo . nichil aliud scio nisi fluxa et caduca spernēda esse certa et eterna req̄renda .

VIII. CONSIDERATIO

Octava puella tristem illum ip̄a sua querulosa tristitia ex mundane p̄iuatōe felicitatis orta tanq̄ certo iudicō dicit eē peccatorem . quid ni dixerit . Quippe de immuni a peccatis dictū no uim⁹ nō contristabit iustum q̄d quid ei acciderit . nec obstat q̄ xpm iustissimū dixisse scim⁹ . tristis est anima mea vsqz ad mortē . naz aliud est qm̄ passio tristicie ex rōe p̄eua assumi⁹ ut in xpo . et aliud qm̄ racō a passione tristicie p̄uenit⁹ et ab ea absorbet⁹ . put accidit i iniusto . ad contristatū itaqz sic ait . O homo cur tā anxie d̄ felicitatis hui⁹ carentia querularis . q̄ si hēres tūc p̄imo felix esse cupiēs sū me infelix esses . Est equidē hec felicitas nature tā degeneris q̄ et si cūctis sit periculi . maxime tñ p̄cipuis suis amatorib⁹ aduersatur . Ita sane ut eos summe destituat ac cōstituat infelices . Qua in re si forsā dubites scireqz velis qui snt ei⁹ p̄cipui amatores . Reuera nō facti . nō iusti . nō boni . s̄ hoīes peccatores . Habēt nāqz boni siue iusti penes se que i intimo mentis cōspiciāt penentrali quedā interna . p̄spiciūt quoqz an se quedā eterna . suspiciūt et supra se crebri⁹ ad supna quoz sic amore rapiunt⁹ . q̄ ad externa aut nūq̄ aut raro aut tenuiter afficiant⁹ . **D**ozero si rursus dubites an id esse possit ut dictos suos amatores mūdana felicitas summe d̄stituat i felices . aut qua hoc cōtingere soleat rōne . p̄cedat i mediū magn⁹ ille pater augustin⁹ sensumqz suū hac in re dilucide maifestet . Ecce cui inq̄ licētia iniquitatis eripit⁹ . Vtiliter vincit⁹ . qz nihil infelici⁹ felicitate peccatiū qua penalis nutrit⁹ impietas et mala volūtas velut hostis interior roborat⁹ . Sed p̄ diuersa et aduersa corda mortaliū felices res huānas putāt cū tectorū splēdor attēdit⁹ et labes n̄ atēdit⁹ aimoz . cū theatroz moles extruūt⁹ et effodiūt⁹ fundamta v̄tutū . cū gloriosa est effusionis isania et opa misericordie derident⁹ . cū ex h̄ijs que diuitib⁹ abundant luxuriant⁹ hystriones et necessaria vix habēt paupes . Nec si de⁹ pollere p̄mittat tūc indignat⁹ graui⁹ hec si impunita dimittit tūc punit infestius . cū vero eiecerit subsidiū vitioz et copiosas libidines incopes reddit misericorditer aduersat⁹ . h̄ pater p̄dictus . **E**x cui⁹ sententia tam egregia tanqz dilucida plane sequet⁹ . q̄ mūdane felicitatis subtractio tanq̄ diuine miseratōnis signum euidentis poti⁹ esse debet . p̄cipue peccatorib⁹ cā gaudij q̄ meroris .

IX. CONSIDERATIO.

Nona puella hominē illū tristē ip̄rouide atqz forte supina q̄da ignozātia . multiplicari cupientem d̄siderans ip̄m aggredit⁹

1
hoc sermone. **O**si cognouisses et tu. quanta te mala ex mundana
felicitate incurfarent. eius ex carentia nō doleres sed gaudendum
mage sentires. **H**ec siquidem non in vno aliquo bono copioso oia
in se bona cōtinente quemadmodum vera felicitas: sed in multis
quibusdam reb⁹ consistit. hoc enim vti paulo ante patuit pater il-
le magnus testatur. vbi dicit. per diuersa et aduersa corda morta-
lium felices res humanas putant. **H**oc etiam testatur phantuz pa-
ter in ethicis. ob hoc quoq; ipse psalmigraph⁹ premisis quibusdā
multis mox subiungit. beatum dixerunt populum cui hec sunt.
Dorro tu vide queso diligentius aduertatq; propensius que mala
horum natura multozū soleat operari. **D**eprofecto multis huiusce-
modi non modo oneratur animus et aggrauatur. sed totus etiam
homo interic⁹ laceratur et discerpitur. Ita sane vt ipso quasi in mi-
nima conminuto omnis eius integritas tandem leuiter euanescat.
Vis hec scire quo pacto fiant. dictum magni patris august. hac
in re constituas fundamentuz. **E**cce quid dicit. Quia inquit ab v-
no deo summo et vero defluxeram⁹ euaueram⁹ in multa. discissi
per multa et inherentes multis. oportebat nutu et imperio dei mi-
serantis vt multis exonerati veniremus ad vnum. **H**ec ille pater.
et ecce cum dicit. euaueramus in multa. continuo annectit cau-
sam dicens. discissi per multa. cuius vltierius racōem reddens sub-
dit et inherentes multis. **C**ui⁹ sciendi gratia te commoneo q; idem
vno a quo defluximus quodam in loco spinarum nomine diuicias
insinuat. **I**dem quoq; alibi ipas etiam amabiles filias spinis cō-
parat. **S**icut liliū inquit inter spinas. sic amica mea inter filias.
pari autem rōne honor et potētia aliaq; singula e quibus confla-
t⁹ mundana felicitas quozum etiam aculeos sepius experimur spi-
ne satis cōgrue dici possunt. **Q**uid igitur miri si tam multis huius
tanq; spinarum aculeis inherentes quolibet aliq; cordis nostri
particulam rapiente ita discindamur vt non iam in nobis integer
spiritus perseueret. **R**ursum quid miri si tam discissos atq; ita
quasi in minima substantialiter vana cōmunitos leuiter euanesce-
re nos contingat. **S**ane hijs punctulis ordine prepostero de-
monstratis id quod premōstrari debuerat. scilicet q; animus homi-
nis dictis subactus multis tanq; terrestri pondere onustior fact⁹
plurimum aggrauetur nunc breui ostendam. **P**rocedat in medi-
um phylo doctissimus et de multis hijs que prenotauimus. etiam
ipse quid sentiat vel breui sermunculo manifestet. **E**cce corpus in-
quit quod corumpitur aggrauat animam et terrena inhabitatio
sensum deprimit multa cogitantem. **O**q; certa sententia qua mun-
danam felicitatem componentium multitudo cogitationem occu-
pans et sensum deprimens condemnatur. que sententia. taz breui-
ter contra hanc multitudinē absoluta multoz etia expiētia oprebat⁹

P

Tu quoque ipse queso considera quod dissilis est animus mundane huic ex multis deflatae felicitati inherens et ipsam detestans. Nepe detestans animus est velut auicula pulcherrima leuiter sese in aera ferens et pro libito petens queque altissima caelestis paradisi circumque inibi ligno insidens quod cernit pulchrum visu et ad vescendum suaue. habet nimirum et ille paradysus lignum pulchrum visu. Illic etiam omnis iustus ut palma florebit in domo domini. et sicut cedrus libani multiplicabitur. plantatur siquidem in domo domini in atrijs domus dei nostri florebit. Illic est illa que dixit. Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris et flores mei fructus honoris et honestatis. Illa que dixit. Sicut cedrus exaltata sum in libano et sicut cyprus in monte syon quasi palma exaltata sum in cades. et quasi plantatus rose in iericho quasi oliua speciosa in campis. et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. et quasi mirra electa dedi suauitatem odoris. denique vitis illa vera illic est cuius palmices ornant celos. cuius vino inebriabuntur ab ubertate domus dei. cuius vinum letificat deum pariter et homines. cuius denique ex vino faciet dominus populo suo diuinium vindemie defecate. His in lignis visu pulcherrimis atque suauissimis ad vescendum insidet dicta auicula alis contemplationis volatu liberissimo sursum acta. Visuque circumspiciens aquilino rostro pacuti intellectus impingit in fructus quos viderit dulciores facile carpens vuas vitis prematuras. Sed nunquid ipsam comitabitur animus mundane inhyans aut inherens felicitati. Nequaquam. Non enim preualet extendere alas. Sed nec speciem auis prefert nisi forsitan strucionis in deserto volatu pigerrime utpote pregrauis corpore atque ideo terre sperime longe existentis a regno dei. Nunquam igitur patet dilucide quod quisque sui non inscius integritatem spiritus conseruare. animoque gestiens gaudere libero mundana felicitate si careat possit non immerito iocundari

X. CONSIDERATIO.

Decima puella prefatum tristem minus realem indicio vulgarique magis opinione deceptum animauertens ipsum temptat reducere modo qui sequitur ab errore. Nonne inquit si quis amicum non re sed solo nomine perdiderit aut eius amicitia utpote cordis non reali sed vocali carere ceperit discordantia. non modo non tristari eidem ipsi conueniet. verum etiam inde magis plurimum solari. Quid ni sic conueniat nam talis sepius amicus manifesto hoste periculosior inuenitur. Cur autem non de simili simile foret iudicium. ut videlicet tristari saltem nemini conueniat de vocalis solum felicitatis carentia non realis. Nunc ita homo seculi. fatearis necesse est. Nam sola vocalis felicitas cum quocumque non realiter sed dumtaxat vocaliter concordaret nihil ei afferret realis boni esto quod latenter perniciem non inferret. Nunc igitur queso fateare mundanam felicitatem qualem esse existimas. realem an vocalem. appellatiuam magis an substantiam.

profecto nequā realē ē aut substantiua. s; tm̄ appellatiua ē seu vocal
Scrutare scripturas et ita esse euidenti testimonio d;probabis. Que
so igitur psalterizanti aures cordis accomodes qui totū ferme mū
dane tenorē felicitatis plect^o lingue tangēs sicq; succinēs quorū
inquiēs filij sicut nouelle plantationes a iuuentute sua: filie eorū
cōposite circūornate vt similitudo templi. **D**romptuaria eorū ple
na eructantia ex hoc in illd. **O**ues eorū fetose abūdantes in gressi
bus suis. **N**ō ē ruina macerie neq; trāsitus neq; clamor in plateis
eorū. **M**ox q̄liter tenorē hui⁹ vocali cū nota vulgares d;cinant de
notat ita dicēs: beatū dixerunt populū cui hec sunt: deinde volēs
discātare vt notam canter cōtra notā voce d;tinuo personat altiori
beat⁹ inqens populus cui⁹ domin⁹ deus eius. **N**um igit^r patet p
positum hoc cantu pulcherzimo: **V**tq; patet. **Q**uid em̄ est dicere
post premissa beatū dixerunt populū cui hec sunt. nisi felicitatez
ex ipsis premissis cōpositam demōstrare solum vocalē esse vt pote
in dicto siue in voce loquentiū tantummō d;sistentē. **Q**uid vero est
id quod correctiue subiungit^r: beat⁹ popul⁹ cui⁹ dñs de⁹ eius: ni
si q; palam dat^r intelligi nō eū populū cui sunt illa cuiusq; deus
venter est sed poti⁹ populū cui⁹ domin⁹ de⁹ ei⁹. nūc spe tādē in
re illā habere felicem beatitudinem substantiālē atq; realē que na
ta esse dinoscit^r suū realiter cōstituere felicissimū possessore. **L**iquet
igit^r demundane felicitatis carentia vt pote vocalis tantūmodo n̄
realis. neminē debere aliquaten⁹ d;ristari. cū scilic; in realib⁹ ho
nis anime nō consistens nequaquā felicē d;stituat seu beatū: audi se
necam p̄ceptorem egregiū. hūc inq̄t doce beatū esse nō quē vulg⁹
vocat: s; cui om̄e bonū i animo est.

XI. CONSIDERATIO

Undecima puella tristē illū intuita mox cernit ipsum ad falsaz
vmbre obtinendā ymaginē puerili admodū studio laborare
Quōbrem ipsuz verbis aggressa hanc breuiter absoluit bimenbrā
atq; sufficientē diuisionē. **T**u inq̄t qui d; mūdane felicitatis vt mi
ser et infelix turbaris carētia: aut veram ipsaz felicitatē existimas
aut nō verā. **S**i nō verā. cur ergo cruciaris de false carentia. que na
ta est crudeliter fallere et tanq̄ vmbra fugitiua ab origine mun
di suos amatores fefellit. **D**orro si verā existimas falsum existima
re facile conuinceris cum sit falsa. **H**oc est em̄ qd̄ testa^r illa perpru
dens boetiana cōsolatrix que ipsam plane falsam appellat felici
tate. **H**oc est etiam qd̄ clareuallensis ille claro perhibens testimo
nio. **V**e inq̄t filijs hoīnū ab hac felicitate falsa atq; fallaci. **Q**uid
in tam pdoneis testib⁹ fidē accomodās falsaz dixerim. que velut
vmbra tantum vere existens felicitatis. ascendente sole iusticie bre
uior fit ita q; desup orto superuenit capitis interioris hominis ra
dioso lumine eiusdem solis citi⁹ pertransit et ratōnem felicitatis
amittit. **C**urus siquidem amatores de nōnullis que ipsos in h^o mū
do felices constituūt glorianes: tandem teste sapiēte sunt dicturi

quid nobis profuit supbia aut diuitiarum iactantia quod nobis deul-
 transferunt omnia illa tanquam umbra Quid ergo profecto nimium esse
 reor puerile quæpiam aurum gemmas vel quolibet aliud diligenter
 tristari si falso auro vel gemis falsis aut alio falso quolibet carere
 contigerit. Nunc autem uniuersum genus humanum felicitatem diligit. quæ
 per synonyma sunt felicitas et beatitudo de qua profata ait consolatrix.
 Omnis mortaliu[m] cura quæ multipliciu[m] studiorum labor exercet diuerso
 quidem calle procedit. sed ad unum tantum beatitudinis finem nititur perueni-
 re. Egitur filij hominum si de false felicitatis carentia quæle mudana[m] esse
 patuit atque prime patebit ipsos perturbari ostiterit puerile quoddam pa-
 ti manifestum probat.

XII. CONSIDERATIO

Quoddecima puella tristem hominem blada videt atque mundo-
 sa mundane felicitatis diuersatione deceptum. ipsumque temptans
 cautum reddere ita ait. O hominum simplicissime cuius familiaritate
 potiri queris? cuius ex carentia a deo grauans? Mudane inquires fe-
 licitatis. Cur ita? non enim in quibus amaritudines diuersatio illius. nec te
 diu diuictus illius. Mentiris plane. doctus quippe es a mendace men-
 tiri. Doctro de amaritudine quam negas infra te nepti mee redargue
 dum relinquo. de tedio vero quod adicis immo quod falso abicis a diuictu
 tecum disseram. necesse est. quis namque sine tedio ei diuixerit cuius nemo in-
 telligit peridioma? Quis namque inquires est talis ait qua ex patria ori-
 undus qui non vel ab aliquo intelligi queat? Reuera omnis mendax
 huius est. atque ideo mendaci diuivere tedij habet plurimum. Memini
 siquidem quendam pulcre suum de mendacorum seruitorem arguisse. Tecum
 inquit nescio viuere. vis scire quare? Quomodo scire tibi conuiuere.
 cum tuum non intelligam peridioma? Siquidem usu habes dicere. non pro ita
 si igitur ita dixeris quod non. intelligam necesse est. Si vero non protuleris
 pari necessitate quod ita. intelligam oportebit. Hic homo procul du-
 bio. egregia quadam facetia redarguit. nec dum illum seruitorem. sed
 eius potius in persona omnem etiam aliam rem mundosam. Doctro mun-
 danam felicitatem mendacem dicere non est nouum. Id enim dudum ama-
 trix veri. boetiana consolatrix testata est cum diceret. Hactenus mendacis
 formam felicitatis ostendisse suffecerit. Quid in mendacem dixerit quod
 non minus persona quamuis verum mendosa multo amplius inuenitur. ut
 pote que non mentitur arbitrio ut persona potens vel pro tempore verum
 loqui. quinimo suo impetuose nature conamine a deo mentiri propterea
 est ut irrationali sua potestate ad unum determinata nullo suo ar-
 bitrio valeat non mentiri? Erit igitur tibi ista nugigerula peridiomate
 suo misero semper barbara que celaret si posset tanquam suo nomini de-
 rogantem omnem in se recoditam veritatem. Mirum igitur propterea videbitur si a deo quod
 spiritus tali eius contemnitur barbarissimo. quod tanquam nullum ex diuictu tedium sen-
 serit ipsius ex carentia perturbetur.

XIII. CONSIDERATIO

Quoddecima puella signis euidentibus deprehendit hominem illum
 tristem mundanam felicitatem quesisse sibi amicam assumere atque ut

1
eum proposito auerteret ita ait. **O** homo nescis quod viator es. Nescis quod itinere prope incertum vadum mundani pelagi constitutus es necdum litus patrie attingisti. Nescis quod te manet periculum transuadendi. Si igitur mundanam felicitatem amicam elegeris incubet tibi aut amica huius transportare aut ab ipsa contra viri decemiam transportari. Si eam tu portaueris nimium erit onerosa. siquidem terrena est in cuius compositione terre grauitas dominatur. Quinobrem viribus deficias atque ita et ambo submergamini necesse est aut ab illa si manu forsitan alteri cuiquam porrexit relictus in periculo solus interibis. Porro si ab ipsa portari forsitan malueris te ad sustentandum nimis debilis inuenitur quam boetiana quippe consolatrix felicitatem fragilem appellauit. Quapropter et hoc pacto idem tibi quod prius malum imminet meritionis. Quid ni immineat. Nam et ipsa te sibi nimis fragili incubentem velut indignans precipitabit forsitan in profundum. nedum sane extraneum aliquid sed et sui ipsius. etiam ipsa vorago est maris magni in qua natate querebas si delectet vix unquam poterit enatare. nam uti pater ille egregius clareuallensis protestatur qui immergitur ei ab ea absorbetur. Melius est igitur multo magis amica carere tam fragili tanquam onerosa quam tam grande periculum expectare.

XIII. CONSIDERATIO.

Quartadecima puella considerans tristem illum immundam felicitatem specialiter ob eius hilaritatem vultus oculos iniecit speciemque iocunditatem desequendi atque e miseriarum vndosis fluctibus enatandi occupatum voce alloquitur compassiua. Quid inquit queris infelicitatem. Num hilaritatem. Num per eam miseras queris euadere seu erumnas. Horum nichil felicitate huius consequeris. fateor sane euades miseras. sed quales aut quo pacto. Sic euades profecto quod paruas et manifestas in alias vel occultas plurimas commutabis. Quo vero miseria latentis fuerit sustinenda. eo grauius vehementius cruciat intollerabili. utpote quo de occultis malis ne minem habeas solatium. fateor rursus erumnas euades sed totis erumnarum. medius in excessu earum constitutus. O quantam igitur fiduciam felicitate consequeris. Exilem penitus atque grauem. duorum cor felicitis delicatum erumnarum impatiens. earum absque consolatore tristissimis excessibus pregrauetur. Denique fateor hilaritatem habet felicitas. sed veram minime quam quis habeat hilaritatem. Nimirum occulte miserie atque erumne excessiue. verum cordis gaudium minime patitur quam quis proscriptione a corde bono gaudium utrumque secundum faciem euitescere foris simant. Quid ergo. Num velis huiusmodi consequi felicitatem. absit dicas necesse est. si tamen ita est ut dictum est. procedat igitur in medium preceptor ille imperatorie maiestatis. Seneca nobisque sua auctoritate certum faciat aut credibile suadeat quod est dictum. Ecce qui inquit felices vocantur horum hilaritas ficta est et grauis fiducia

7

Et quidem grauior quæ interdum non licet palam esse miseris: sed inter erumnas cor ipsum excedentes necesse est agere felicem hille. Cuius ista sententia nedum sua: verum multorum etiam aliorum fulta experientia de mundi felicibus manifestat: quæ quidem et si simulato fruatur gaudio. veris tamen hoc doloribus est permixtum. Num igitur viri tam illustris auctoritas atque experientie multiplicitas non poterunt sic concludere: quæ a te excludant infelicitatis tam misere appetitum. Defecto merito poterunt presertim si sequentium consolatorum testimonia attendantur que nimirum dictam sententiam declarando de falso potitis gaudio seculi huius felicibus ostendunt quibus veris doloribus saucientur.

XV. CONSIDERATIO.

